

et oraret · Discipuli autem · increpabant eos · Jhs autē · aut eis · Sinite paruulos uenire ad me · Et nolite eos prohibere · Talium est enim regnum caelorum · Et cum imposuisset illis manus abiit inde ·

Et ecce unus accedens · ait illi · Magister bone · quid bo ni faciam · ut habeam uitam aeternam · Qui dixit ei · Quid me interrogas de bono · Unus est bonus dñs · Si autem uis ad uitam ingredi · serua mandata · Dixit illi · Quae · Jhs autem dixit · Non homicidium facias · non adulterabis · non facies furtum · non falsum testimo nium dices · Honora patrem et matrem · et diliges proximum tuum sicut te ipsum · Dicit illi adolescens · Omnia haec custodiui · quid adhuc mihi de est ·

Ait illi ihs · Si uis perfectus esse · uade uende quae ha bes · et da pauperibus · et habebis thesaurum in caelo · et ueni sequere me · Cum autem audisset adoles cens uerbum · abiit tristis · Erat enim habens multas possessiones · Jhs autem dixit discipulis suis · Amen dico uobis · quia diues difficile intrabit in regnum caelorū · Iterum dico uobis · facilius est camelum per foramen acus transire · quam diuitem intrare in regnū celorū · Audientes autem his discipuli · mirabantur ualde dicen tes · Quis ergo poterit saluus esse · Aspiciens autē ihs · dixit eis · Apud homines hoc impossibile est · apud dm autem · omnia possibilia sunt · Tunc respondens petrus dixit ei · Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te · quid ergo erit nobis · Jhs autem dixit eis ·

Amen dico uobis · quod uos qui secuti estis me · in rege neratione cum sederit filius hominis in sede maiesta tis suae · Sedebitis et uos super sedes duodecim · iu dicantes duodecim tribus israhel ·

Et omnis qui reliquerit domum uel fratres · aut sorо res · aut patrem aut matrem aut uxorem aut fili os aut agros propter nomen meum · centuplū

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/mss/18-22-aug-4f/start.htm?image=00067
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss18-22-aug-4f/0067